

Relata ab. E. Collmærcenæ

DE SCHISMATE

OMNIVM LONGISSIMO PERNICIOSISSIMOQUE, QVOD IN ECCLESIA RHOMANA
inter Urbanū Papam, & Clementem Antipapā, eorumq; suc-
cessores, per xxxix. annos, scilicet ab anno Christi 1379. us
q; ad Conciliū Cōstantinense uiguit atq; durauit, LIBRI III.

Non solum Pontificū, uerū etiam Regū, Principum,
ac totius imperij res gestas eius temporis magna
ex parte continentur.

Authore THEODORICO A' NIEM,
qui toto eo tempore semper alterius partis Pontifi-
cibus familiaris atq; à literis fuit, eoq; que gere-
rentur omnī certissime cognoscere potuit.

Habes hic studiose lector Rhomanorum. Cardinalū, ac totius Curiae Rhomanæ, ingenia, mores, artes, reliquaq; ornamenta, quibus usi, ecclesiā hactenus tam feliciter administrauerunt. Simplici ueritatis oratione ita ob oculos posita, ut nullus Appelles uiuidius representare potuerit, nam aucthor omnem uitam in Curia Rhomana contrivit. Tu modo lege, cognosce, iudaberis. Vale.

Opus nunc primū excusum. Anno Christi

M. D. XXXII.



Gabriellus



Iohan. Petreius Lectori.

ETATIUS H. 66

Incidimus nuper in historiam Theodorici à Niem, quam ille, si de, ut apparet, optima, de schismate inter Urbanum VI. & Clementem antipapam, eorumque successores, tribus libris absoluit. Cūque arbitramur unicum illud exemplar ac solum superesse, ne tantæ rei memoria aboleretur, operæ premium nos facturos existimauimus, si eam typis nostris inuulgaremus. Quanquā enim stilus siue genus dictionis eius authoris non sit exquisitus, sed uulgare, & omnino pro captu eius seculi, ut delicato lectori fastidio esse possit, tamen cū in omni literaturū genere nihil sit preciosius (sacra semper excipio) quam historia, facile credimus sapientē lectorē, utilitatem uoluptati præpositurū, præsertim in hac historia, in qua multa de Pontificibus Rhomanis auctor uelut inuitus memorat, aperte prefatus, nisi ueritas, quæ in historia cōsideruari debeat, hoc exegisset, se libenter in gratiā eorū taciturū fuisse. Necq; em̄ temere inuenias, qui tā incorruptā historiæ ueritatē præstare uel possit uel etiā uelit. Iste uero auctor hoc optime potuit, quippe qui à Gregorij XI. temporibus usq; ad finem prædicti schismatis, quod per XXXIX. fere annos durauit, semper alteri Pontificū à literis fuit. Summa uero integritate & alacritate hoc etiā præstare uoluit, quippe uir probus, pius, & ueritatis amansissimus, id quod passim ex ipsius scriptis certo certius deprehendere licet. Admixta sunt multa eius temporis gesta Regum Rhomanorum, Tartarorum, & Turcarū cognitu iucundissima. ut si nihil aliud uel ob hoc ab interitu windicari debuit, ut esset uelut cōmentarius, ijs qui elegantiorem historiā scribere uellent, unde superioris seculi res gestas desumeret, propositus. Quem quia doctis & literatis gratum fore arbitrati fuimus, eius æditionem cum summa diligentia matura uimus. Vale.

Pape Rhomani.

	Ann.	Mens.
Urbanus VI.	11.	8.
Bonifacius IX.	14.	9.
Innocentius VII.	2.	0.
Gregorius XII.	2.	7.
Alexander V.	0.	11.
Iohannes XXIII.	5.	10.

Antipape:

	Ann.	Mens.
Clemens	11.	
Benedictus XIII.	26.	

PRAEFATIO AV-

THORIS AD R. N. N.



Via saepe paternitas tua me rogauit, ut ego (qui toto
ferè tempore fe. re. Gregorij Papæ xi. ac post cum
schisma nouissimum in uniuersali ecclesia suscitatum
est, præsens in Romana Curia per xxx. annos uel
circa in obedientia quondam Urbani Papæ vi. suo-
rumq; successorum remansi) qualiter schisma huiusmodi ortum habu-
erit, & Urbani ac ipsius successorum prædictorum, & Clementis de
Gebenna vulgariter nuncupati, & sui successoris immediati Petri de
Luna gesta, & quæ ipsis contendentibus de Papatu in diuersis regi-
onibus contigerunt, de quibus haberem noticiam, essentq; memo-
ria digna, ac ortū & progressum nuper unionis in ipso ecclesia factæ
per ordinem tuæ dilectioni facti ueritati, & non succo seu fuso dicta-
minis inhærendo describerem. Quod licet fuit mihi satis arduū, imò
excessit vires meas, quia tamen scriptum est, Omni petenti tribue,
& qui amicus est semper diligit, tuis precibus acquiescens hoc opus
aggressus sum, meis imbecillibus humeris non mediocriter pondero
sum, qui iam senio confractus à laboribus manum retraxi, petens ut
iucundum tibi sit eloquium meum. Et si forsan tibi displicētia in hoc
labyrintho reperias, propterea non turberis, quia illi qui conscribūt
historias ne à ueritate recedant, saepe recitant quæ malent potius ob-
ticere. Multas etiam digressiones feci describendo historias, aliquā-
do etiam ad alias materias procedendo. Solent enim aliquando talia
legentes reficere, sicuti aliquid sapidum & extraneum mensæ appo-
situm scrculum allicit conuiuentes, in quibus si prolixior fui quam de
bui hoc imperitiæ mæcæ audacter ascribas. Nec ppterea credas, quod
ea quæ ut eunq; tenualiter scripsi uera non sint. Sed quanta sit utilitas
in lectione historiarum, tradit antiquitas, ut Salustius in exordio sui
libri de bello lugurtino, ubi dicit: Cæterum de alijs negotijs, quæ in-
genio excentur, in primis magis usui est memoria rerum gestarū.
Hæc profecto gens iudaica experta est sub rege Asuero, ut Hester ca-
nit, ubi dicit: Noctem illam duxit rex insomnem, iussitq; sibi offerri
historias & annales priorum temporum, quæ cum illo præsente lege-
rentur, uentum est ad illum locum, ubi scriptum erat, quomodo nun-
ciasset Mardochæus insidias Bagathon & Thares eunuchorum regē
Asuerum iugulari cupientium, quod cum rex audisset ait, quid pro
hac fide honoris ac præmij Mardochæus mercedis accepit? statimq;
nū quid

*utilitas
historiarum.*

*Historia
Hester.*

DE ORIGINE CAV^b SISQVE OMNIVM LONGISSIMI SCHIS-

matis, quod per xxix. annos in Ecclesia Ro. usq; ad Con-
cilium Constan*t*. durauit. Incipiens anno Christi 1378.

sub Urbano Sexto. Liber primus.

De vita, moribus, ac progressu Bartholomaei Baren-
sis Archiepiscopi, qui post in Pontificem electus,
Urbanus sextus uocatus est. Caput primū.



O tempore, quo dominus Gregorius papa. xi. huius
nominis, decessit, in urbe fuerunt penē omnes Cardi-
nales natione ultramontani, sed inter eos erant tantū
quatuor Italici, qui etiam tunc temporis erant in ur-
be præsentes, unus uidelicet Florentinus Petrus, alias
Mediolanus & insignis docto*r* in iure Canonico, lo-
annes tertius de domo Vrsinensi Romanus natione, Iacobus & quar-
tus de mediocri statu etiam Romanus, qui cognominabatur uulga-
riter Cardinalis sancti Petri, necnon etiam illo tempore, quo Grego-
rius ante ipsius obitū remansit in Italia, & postq; illuc Romanam Cu-
riam transtulit de ciuitate Auinionensi, Urbanus tunc erat pauper
Archiepiscopus Atherontinus, tandem de Metropoli Atherontinensi
ad Metropolim Barensem in Apulia per eundem Papam Gregoriū
(quā per annum ante eius Papatū uix possedit) translatus de manda-
to Gregorij in absentia quondam domini Petri Cardinalis Pampi-
nolentis sancte Romanae ecclesiæ Vicecancellarij, qui postrecessum
Gregorij de Auinionensi continue usq; ad eius obitum remanserat
Auitione. Recepit in Italia officiū Cancellariæ apostolicæ, & natus
fuit in Neapoli in platea Vindi, in quodā loco, qui uulgariter uoca-
tur Infernus, ex diuersis comparentibus, ex patre Pisano, de matre
Neapolitana, ut ibidem fama laborat, egregius decretorū Doctor,^{Lau. Viba}
necnon ante papatum homo humilis & devotus, & retrahens manus
suas ab omni munere, inimicus & persecutor symoniarum, zelator ca-
stitatis & iusticie, sed nimis suæ prudentiæ innitendo, & credē adu-
latoribus libenter aures præbuit ipsis, frequenter & sollicite in eodē
Iure & in sacra pagina etiam studens. Ingenium, quo (ut ipse testatur
Salustius) necq; melius necq; amplius aliud in natura mortaliū est, se-
cordia torpescere nō sinebat, uiros literatos & bonos sincere dilexit,
& pro posse adiuuit, non impediens se de negocijs alienis, & singulis
dicibus, dū corporis sospitate gaudebat, missam legit, & etiam plura
officia in eadem Curia tunc existente in ciuitate prædicta exercuit.

Nomina
Cardinalium
Italorum.

Reditus
Curie ex
Auitione
in Apuliā.

A. fuit

Doctrina
atq; studiū
Urbani.

L I B E R V T I E R T I V S.

Alexander
moriatur.

Nomen
authoris.

ordinis fratrum minorū professores in Curia præsentes mirabiliter lætificati fuerunt, discurrebat enim per uicos & plateas ciuitatis cater uatim ualde multi corundē per singulos dies, ueluti essent mēte capti. Idem dominus Alexander Papa in lecto ægritudinis constitutus Bononiæ corā suis Cardinalibus ad se cōuocatis pulchrū sermonē Latinum fecit, & postea infra quatuor dies, uidelicet tertia die mēsis Maij quarta hora noctis debitu naturæ persoluit, anno à nativitatis domini M. cccc. x. & apud domū corundem fratrū minorum Bononiæ sepultus fuit. Dicto Alexandro iam defuncto, præfatus dominus Ludouicus modernus dux Andegauensis, & secundum nos rex Siciliæ rediit à Pisis per mare cum duodecim galeis & vi. nauibus magnis armatis, qui audiens quod iam Alexander obierat, misit quendam oratorem suum ad Cardinales hic existentes anteçp̄ conclave ad elendum nouum Pontificem loco dicti Pontificis ingredenteruntur, recom mendando eis dictum dominum Ioannem Papam modernum, quem suum esse singularem dicebat amicū. Sicq̄ factum fuit, ut exitus acta probauit. Et sic sit finis huius operis completi Bononiæ per me Theodoricū de Niem, anno domini M. cccc. x. in festo sancti Urbani, in quo praedictus Ioannes Papa suæ coronationis insignia recepit Bononiæ. Sit laus & gloria Christo A M E N.

Excudebatur Norimbergæ apud Ioan.
Petreium, Anno Christi

M. D. XXXII.

